



Copia in hoc volumine complenda
 Briefwechsel f. Carolo V. Bischof v. 82. M. 46. Briefe.
 Briefwechsel f. Elisabethen v. 28 Briefe. M. 46.
 Briefwechsel f. Wolfram v. Bischof. M. A. V. p. 39.
 Curia Gratulatio in natali Joh. Georgij P. A.
 Briefwechsel f. Johann Georg M. A. V.
 Briefwechsel f. Franziskus v. Bischof. M. Ab. V.
 Briefwechsel f. Christophorus v. Bischof. M. A. V.
 Briefwechsel f. v. M. Cl. v. Bischof. M. A. V. Tab. 3.
 Briefwechsel f. Maria v. Bischof. M. Wolf. A. T. Tim. 2.
 Briefwechsel f. Barbara v. Bischof. M. Wolf. v. Bischof. v. Bischof.
 Briefwechsel f. Augustus v. Bischof. D. Nicola. v. Bischof.
 Briefwechsel f. Johann v. Bischof. M. Wolf. v. Bischof. Sep. 4.
 Briefwechsel f. D. v. Bischof. M. Wolf. v. Bischof. Apr. 2.
 Briefwechsel f. Analia v. Bischof. M. Wolf. v. Bischof.
 Briefwechsel f. Maria v. Bischof. Johannes Philippus v. Bischof.
 Briefwechsel f. Jacobus v. Bischof. D.
 Briefwechsel f. v. Bischof. Georg v. Bischof. D.
 Briefwechsel f. v. Bischof. Georg v. Bischof. D.
 Briefwechsel f. v. Bischof. Georg. M.
 Briefwechsel f. v. Bischof. P. T. v. Bischof. Hoffmann.
 Briefwechsel f. v. Bischof. M. v. Bischof. v. Bischof.
 Briefwechsel f. v. Bischof. G. v. Bischof.
 Briefwechsel f. v. Bischof. G. v. Bischof.
 Briefwechsel f. v. Bischof. G. v. Bischof.
 Briefwechsel f. v. Bischof. G. v. Bischof.


Nee 11



IN NATALEM
ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI IOHANNIS GEORGII
PRINCIPIS IN ANHALT, Co-
mitis Ascanie, Domini Serueſta &
Bernburgi

A.
d.

CARMINA GRATVLA-
TORIA.



VVITTEBERGÆ
EXCVSA A IOHANNE
SCHVVERTELIO.
ANNO SALVTIS M. D. LXVII.



WITTEBERG
EXCELSA A IOHANNES
SCHWARTZ
ANNO 1577 M. D. LXXVII



GENETHLIACON
GERVASII MARSTALLERI,
MEDICI ANHALTINI &c. IN NA-
TALEM ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS AC
Domini, Domini Iohannis Georgij, Principis
Anhaltini &c. FILII Illustrissimi
Principis Anhaltini Ioachimi
Ernesti &c.



SEcula quindena, ac decies sex insuper anni
Transierant, iunctus septimus hisq̄ fuit,
Et iam nona dies Maij, Phœbæaq̄ surgens
Fax horæ decimæ cœlica signa dabat:
Tempore quo natus Ioächimo est sidere fausto
Filius Ernesto, munere Christe tuo.
Bis decies anni solitum, bis terq̄ semelq̄,
Confecit tristi lumine Phœbus iter.
Talia dum nunquàm sibi gaudia vidit Anhaltus,
Dum non est Princeps editus hisce locis:
Sed nunc commotus precibus votisq̄ piorum
Huic populo reddit talia dona Deus.
Hinc igitur grates persoluat carmine & ore
Quisquis Anhaltinum nobile nomen amat.
Ante alios sumptis animis letentur, Anhalti
Qui nemora alta, domus Ascaniasq̄ colunt.

A 2

His

*His nouus hic Princeps datus est, his uiuat in annos
Nestoreos, felix hos regat ille diu.
Infans oblectet vultu risuq; parentes,
Et variè curas mitiget hisce suas.
Inde puer tenero protendens gutture verba,
Et matri & patri gaudia mille ferat.
Deinde sequens patris virtutes, iussaq; summa
Reſtoris, pariat spemq; decusq; suis.
His etiam in grauib; tandem solatia rebus
Adferat, hosce iuuet præsidioq; diu.
Deniq; vbi curis fuerint senioq; parentes
Confecti in patris transeat ille locum.
Acceptæ fidus purissima dogmata seruet
Doctrinæ, & cunctas religionis opes.
Diligat & foueat, quæ rerum est optima, pacem
Publica priuatis plus amet ille suis.
Vindicet insontes, miseris sit blandus & æquus,
Inq; inopes largus, mitis vbiq; bonis.
At quibus est animus soluiffe repagula legum,
His dura iniiciat frena potente manu.
Mendaces pellat, veraces addat & aulis,
Præficiat populo hos, consilijsq; suis.
Hos etiam pœnis sæuisq; coërceat armis,
Qui leges violant damnâq; certa ferunt.
Hæc agat ad senium per plurima lustra beatus,
Atq; omni careat conditione mali.*

Si

Si tamen, vt nostræ sibi postulat ordo salutis,
Interdum dura sub cruce tristis aget,
Sit patiens, credat sua sic quoq; commoda quæri,
Aque Deo certam speret & optet opem.
Sic velut ex spinis rosa nascitur, albaq; surgunt
Lilia, fert fructus seetaq; Palma suos:
Ille etiam crescens florebit ad vltima vitæ
Tempora, non vlllo victus agone mali.
Sic prole ac terris, & summis dotibus auctus
Ascaniæ extendet robur opesq; domus.
Deniq; sic tandem soboli terrena relinquet
Sceptra suæ, & capiet cœlica regna sibi.
Sic erit æterni Patris diuina Iohanni
Gratia, in imposito nomine & omen erit.
Sicq; erit is magnus cum laude Geörgius heros
Defendens Christi pectore fortis opes.
Scilicet hos populos, & dogmata pura salutis
Æternæ, pacis iusticiæq; forum.
Tali seruetur, tali quoq; duret in omne
Tempus Anhaltinæ gloria prole domus.
Sit quoq; Bernharto, qui pars est altera Anhalti
Talis posteritas, sors ea, parq; decus.
Hæc vtinam fiant feliciter ordine cuncta
Præsidio æterni, qui regit ista patris.
Scilicet ob Christi mortem, credentibus isthæc
Quæ meruit, quæ dat credere vt illa queas.

A 3

Aliud

ALIVD CARMEN
EIVSDEM DE
EODEM.

Vere nouo et pulchro Melibœus, Rhambus et huius
Æmulus albenti cum niue tectus erat,
Collis Anhaltinus depulsa mole niuosa
Ascaniumq; iugum his consonuere modis:
Transeat à nobis sterili quæ pondere mundum
Vastat hyems, nobis frigida cedat hyems.
Vndiq; planicies viret, omnia prataq; florent,
Ex nobis surgat nunc Hyacinthus ouans.
Maius bis densus, nec non bis ternus & vnus,
His redijt nostris huc sine flore iugis.
Iam nobis cinctus violis Hyacinthus in altum
Nobilis exurgat, spemq; decusq; ferat.
Mens vtriq; eadem, placuit sententia vtriq;
Annuat hisq; etiam, qui regit ista, Deus.
Sic est nona dies Maij delecta, Hyacintho
Ortum quæ superum læta fauore daret.
Nec mora, cum Maij, ter tertius iret in altum,
Horam bis decimam iam faceretq; dies,
Emicuit subito flos ille, per aëra surgens,
Atq; ferens multis gaudia mille locis.
Omen inest mensi, neq; lux caret omine nona,
Et lætum signum dena dat hora tibi.

Omnia

Omnia conspirant & gaudia maxima firmant,
Lætatur miris totaq; terra modis.
Ex cœli medio cœlorum lumen vtrumq;
Cum Cypria diua hoc iam quoq; spectat opus.
Mars præit, ac pellit procul omnia tristia fata,
Sors mala vt hunc florem lædere nulla queat.
Mercurius sequitur, spargens bona nuncia vbiq;
Et flori aspirans optima quæq; suo.
Magnanimus tantos cupiens ornare triumphos
Surgit, & adducit præcipua astra, leo.
Qui stellas inter Rex dicitur, estq; minores,
Inuicti validum corq; leonis habet,
Præcipuam vitæ sedem tenet, omnia fausta
Promittens flori tempus in omne suo.
Hæc rata sint vtinam, crescens hic duret in æuum
Flosculus, ac firmet stemma perenne sibi.
Sic & grata magis redeat lux ista subinde,
Lætior hoc Maius nomine sitq; bonis.
Non tantum niueis signetur & ipsa lapillis,
Sed capiat quicquid florida Chloris habet.
Omne genus crescens, quod odore, colore, sapore
Exhilarat, totus quicquid & orbis habet.
Felix ante alias lux hæc celebretur, & hunc, quem
Produxit florem tempus in omne riget.
Scilicet vt nunquam marcescens integer vsq;
In Pylij vigeat tempora longa senis.

Deniq;

*Deniq; pertesus mundi huius ad aethera vectus
 Accipiat stellas inter & astra locum:
 Nempe ubi florentes plantas carpsisse gemelli
 Et pulchra exoptantserta parare sibi.
 Attamen hoc maneat pars huius in orbe superstes,
 Semper Anhaltino sitq; Hyacinthus agro.*

**EYΦΗΜΙΑΣ ΜΕΤΡΟΝ
 IN NATALEM RECENS NA-
 TI PRINCIPIS IOHANNIS GEOR-
 GII, FILII ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS,
 ac Domini, Domini IOACHIMI ERNESTI, Principis
 Anhaltini, Comitis Ascania, Dominiq; SERVESTÆ,
 & BERNBURGI, &c. Domini sui
 clementissimi.**

Αρχετε πῶ μῶνικαὶ τῷ γάθεος, ἀρχετε μῶσαι,
 τῶν νεῶν ὑμνήσω μὲν ἀοιδαῖς ποιμνία λαῶν.
 πάντα μὲν ὅσα κακῶν πέλερ εἶδεα, ἐξεδάμασεν
 ἄρ' ἠ μινωθαδίων, καὶ ἐφάμορ' ἄνδρῶν.
 Δίμδ' ὄμδ', λοιμόστε, καὶ ἴε πολέμοιο κακίστ.
 Ἄλλὰ τὰδ' ἠελίδ' γλυκρόρ φάος ἀδεί πάντα
 Σάμορ' ἐξάμεψε, πικρόν τοι πένθος ἀπούρα,
 χάσμα. καὶ νόρ' ἄμμι πρόμορ γῆς βωλιανείρας,
 τῶν ἔπιπόθατον ἄνακτα φέρερ τεχθέντα νεωσί.
 Ἄρχετε πῶ μῶνικαὶ τῷ γάθεος, ἀρχετε μῶσαι,
 τῶν νεῶν ὑμνήσω μὲν ἀοιδαῖς ποιμένα λαῶν.
 νῦν τέλος ἴδι γῶωρ, νῦν οἰκτῶρ λήξιε ὄδυμῶν,
 τοῦ εἰ πάντεσι τόσων φέρερ σκηπτόχωρ μόρος ἄνδρῶν.
 Ἄνθεῖς καρόλ' καὶ βολφγάγοιο κρατίστ',

τῶσδ'

τᾶσδ' ἔτι μαργαρίδος κοσμέουσιν φύλον ἄπασάν,
ἦθεσιν ἔν κεδνοῖσι, γυναικῶν θηλυτράων.
οὐ μὲν λαβομένης δακρυόεις ἰαχοῖτέ κερ' αὐτῶς,
οὐδὲ τῶ ὅσασιν ἄνευ δευσείατε μοίρας.
Αὐτὰρ ὁμῶς ἡμᾶς τὸ παρὸν μὴ δ' ἀκρυ' ἀπαιτῆ,
μηδὲ γούρας, ἀλλ' εὐφροσάνην, λιγυράντε ἀοιδᾶν.

Ἄρχετε πωμλυκαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
Σμικρὲ παῖς, σμικρὸς μὲν ἔφυς, καὶ γυμνὸς ἐπ' αἶαν,
Ἀλλὰ μέγισα φέρες θοραπόντων χάσματα θυμῶν,
νητρεκέως γὰρ ἦν θεὸς ὑψιθόωκος ἐς ἡμᾶς
εὐμονίαν γε φάεινε, τόσον γέρας ἄμμι ὄρεγνυς.
οὐκ ἐπαῖν γέρας οὐδ' ἀνὸρ θεόεννι τόπερ ἐννί.
σηκπῆρχον καλὸν ἀρχὸν ἔχευ, κοσμήτορα λαῶν,
ἀιχμήτης κρατορὸς τὸν ὄμδ', πρυτάνης τε φέριος
σπῆρε πατῆρ, φάος ἔσθ' ἀπότνια τέξατο μήτηρ.

Ἄρχετε πωμλυκαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
πᾶς καλὸς ἀρχὸς ἔων, πισῶ ἔνι ποιμὲν ἔϊκτηρ,
νεῖοθεν ἐκ κραδίας τὸρ ἔνων ἔς κῆδετο μήλων,
καὶ σιβαρὸν χεῖραςι λαγωβόλον ἦσι μεμαρπῶς
τὸν λυκὸν ἄρπαγι λαίμῳ ἐπὶρχόμενον ἄπελαύνα.
πῶ ἂν ὅτι πόλεος μορόπων εὐτείχεος ἴσι.
Ἀλλὰ τις ἐχθροδόπης, σφροδφρων, δηῖος ἀνήρ,
θάρως, ἀνδροφόνος, πολεμηπόλος, αἰνός, ἀπηνής,
ὧς ἴδεν, ὡς ὀχλῆρ' ἐνναομόμλον προλίεθρον,
ἐκπέριδεν, ἀγέμνυτε φ' ἔσαντε, καὶ ἔξαλαπάξαι,
καὶ πυρὶ μιγνῶναι μνησῆναι ἄμ' ἐνὶ πάντα.
ἦκε τελέσασθαι σημάτωντορος οὐ παρσιόντ' ὄν,
ὅς πολέμοιο κακῶ πέλεται μέγα ἔρκος ἑταίροισι.

Ἄρχετε πωμλυκαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
καὶ μὲν σοφὸν τὸδ' ἔπος μάλα τις κατὰ μοῖραν ἔειπερ.
ὅτι ὁ χρυσὸς ἀνήρ πολλοῖς σωτήριος ἀνήρ.

Β

τίσγ'

τίσ' οἰόσθε γὰρ ἢ πεμπασδέμω, ἑσά, χ' ἰπία
ἄρχοντος πάρ ἐς ἀρχόμωυ βέλυσσά καταρῆ.
οὐδὲ ἀριθμήσερεκάσα τὰδ', οὐ σομάτασι,
οὐ γλώσσαις ἑκατορ, χαλκήτε κενασμένω ὀμφῆ.
ἄικα δ' ἐν διατύπω, ὃ ὑπεβλεφόμεν ἴχε ἐέλδωρ,
ἦνθῆ, τῷ ὅσσε σέδεμ λαμπρῷ πῆξον ποτ' ἀνάρχας.
τῶνδ' οὐδεὶς μὲν ἀνὰ πόλιμ οὐδένοσ οὐδεν ἀκούει,
ἄλλὰ δίκω ἀλόγου, Ἐρεσκώσιόγε θερῶσ
ἄϊσσο' αὐτῆσ, ῥέζοντεσ ἀτάδαλα ἔργα.
σχέτλιοι, ἀλλήλεσ χεῖρεσσο' ἀδικεῶτεσ ἀάπιοι.

Ἄρχετε πωμωικαὶ τῷ γάθεω, ἄρχετε μῶσα,
τὸν νέον ὑμνήσωμω ἀοιδᾶσ ποιμνῆ λαῶρ.
ὣσε δεῶ χαριτῶν χεῖω ὀισομεσ, ἑσάνιεσ ἀρχὸρ
πισὸν ἄμ, ἠδ' ἀγαθὸν φάω ἐσ τεχθέντ' ἐσορῶμεσ.
ὅττ' ἐπ' ἀλαθεία πηλῶρ ἀντάξειω ἄλλωρ
σκηπῆχω βασιλεὺσ ἐυρυκρείων, ἠὲ ἀνάσωρ.
ζεὺσ ὑφιβερεμέτησ κῦδοσ δὲ οἱ αὐτοσ ἐδῶκερ.
ἄλλὰ τὸδ' ἀγλαὸρ ἐνὶ θεῶ δωτῆσ ἑάωρ,
οὐδέ τι φέρτορον ἄλλο, τὸ ἡμῆεν πορὶ πάντωρ
δῶρον. ἐπεὶ δῶρησερ ἐφέσιον, ἡμωρορ ἄμμι,
γνήσιον, ἰθαγγυῆ, εἰλον ὄρχαμον, ἀλλότριορ δ' οὐ.

Ἄρχετε πωμωικαὶ τῷ γάθεω, ἄρχετε μῶσα,
τὸν νέον ὑμνήσωμω ἀοιδᾶσ ποιμνῆ λαῶρ.
καῖρε φέρισε πάτερ, τοίησι κενασμένεγ' ὄναξ,
τοσατάιστ' ἀρετῆσ, ὅσ' ἐπ' αἰθέρι λαμπετόωνι
λαμπρῶρ ἀσράπῆσι ποτ' ὄφιν λαμπάδεσ ἄσσωρ.
καῖρε, καὶ ὑφιμέδονι τίτανε χάριν βασιλῆ;
ὅε τοι ὅπασε τέκοσ πεφιλανύον ἔξοχα θυμῶ.
τῶ ποκα κληρονόμω σοφῶ ἠνία πατρίδω αἴασ
χρυσέω ἀνὰ σκήπρω, καὶ σέμματι ἐγναλιξῆσ.

Ἄρχετε πωμωικαὶ τῷ γάθεω, ἄρχετε μῶσα,
τὸν νέον ὑμνήσωμω ἀοιδᾶσ ποιμνῆ λαῶρ:
ὦ δέσποινά μάκαρ, κεδνή, καὶ πότνια μήτερ,
ὣε βαρῦ, ὡε ἔφωρεσ πολύμοχθορ ὑπὸ πρᾶπίδεσι

φορτίορ,

φορτίον, ὡς ἔρομεε τοκετὸ βαρυώδινον ὄραρ,
ὄξυτάτοις πρὸς σὴθ' ἱμασομλὴν βελέεσιν.
Νῦν δ' ἄρα δριμυτάτης ἀποσειο ἀχθ' ἀνίας,
καὶ προτέρως ὀδῶν δὲ οὐ μνώεο. καῖρε δὲ μάλλον,
καῖρε ξίε, τετράκις, τὸ τέλ' ἀφίλορ ἐς πόθορ ἦνθεε,
καὶ πολύνεκτορ ἀνακτ' ἔτεκεε παλιναυξεί πάτρη,
κοίρων ἀριτόκ' ἀπροφάσθ', ἀπ' υκδύ' ἀγνῆε.
τὸν βαρύφορτος ἐδ' ἀφέρειε πολλὰς λυκάβαντας.

Ἄρχετε ποιμνικαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
Δεωότα ἀριφανέε, σικηπῆσχε νε', ὧ γαθὲ τέκνον
καῖρε, καὶ ἠρώων ἀρετὰε, πατρώστε μεγίστ'
σεῦ ὑπερλωορέαντε, καὶ εὐτεβίαρ τὴ γίνωσκε.
τοσατίων προγόνων δὲ μυματαε τῶν παναρίων
γίχνον, ἵνα σικηπῆσον τίμιον ποκα πατρίδος ἀρχῆε
δεξιτρήσει λαβῶν ἀπ' πατρός κυδαλίμοιο,
κρησὸε ἐνε κοινῆ, χαριέστατος ὄρχαμ' ἀνδρῶν,
ὄργανον ἠγαθέεε χάριτοε, σωτήριον αἷη
σκευοε, ἀεζώνῳ πύλαε θεῶν ὑπ' ἀνοίγων,
προσκινῶντ' αὐτῶ μόνῳ ὀβριμοδργῶ ἀνακτ'.

Ἄρχετε ποιμνικαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
τίπτε δ' ἐμεν, παῖ, μοῖσα τεῖρ, μεγαλοπρεπέε, οἷσοι:
εὔ μάλα τῶτόγ' ἴσαμ', ὅτι κ' ἀρ φρενόθεν γ' ἐδελήση,
πτωχῆ ἀεῦσα σέθεν μῆσαιτό κερ' ἀξιον ὄου.
Αὐτὰρ ὁμωε λιγεᾶε μείλιγμα δέδεξο ἀοιδᾶε,
τῆ σε γέραιερ. ἀεὶ γεράων κάλλισον ἀοιδῆ.

Ἄρχετε ποιμνικαὶ τῷ γάθειος, ἄρχετε μῶσαι,
τὸν νέον ὑμνήσωμεν ἀοιδᾶς ποιμένα λαῶν.
Νῦν τῷ χεῖρε, θεῶν ἀρήσομαι, ἀμφῶ ὄρεγνῆε.
Γαμμεδέορ, κόσμῳ σοφῆ κητώεντοε ἰδῶτοε,
οἷε, μέγισε, ζωέ θεέ, ξισυπόσατέτ' ὄναε,
ὄε πάντων κρητέεε, καὶ ἀλίκτωε πᾶσιν ἀνάσσεε.
Ἀρχηγόε τυπέλεε ἀρχεύτηε ἴχνοε ἀρχῆε,

B ij

αἶε

Φάε θεοί ἔσε ἕμῃε. ἄγε τῷ κοσμήτορι λαῶν
τῆσδε ἀναλδίνης χώρας τῆε κυδιανείρας
Σῶσδε, καὶ εὐσεβίαν, ξύνεσίντε, κράτιστε ὄφελθε,
Ὅφρ' εὐ, καὶ νομίμως, λογιώσθε, Ἐοὐ παρὰ μοῖραν
πάντα κυβερνάτορ. κ' ἀρχὸν τεχθέντα νεωσὶ
Ἰχνεσιρ' εὐσεβέεσι πατρὸε μεγάλῃ δόε ἐπέδῃ.
Ὡε περί μὲν βυλῆ πολλῶν, περί δ' ἡ ἀρετῆσιρ.
πατροδότηδε νόμῳ πατρώεσ ἡνία χώρας
κυβερνῶν, μετὰ κερτοτρίφῃ, καὶ πασιμελῶσθε
εἰρλίωε, θοράπευσιρ ἀόκνοιε ἰοι ἀνάσῃ.

Τ Ε Λ Ο Σ.

*M. VVolphgangus Amling, Seruestæ
ad diuum Barthol. Ludimode-
rator F.*



Elegia

ELEGIA GRATVLA
TORIA SCRIPTA A M. BAR-
THOLEMEO FRENCHELIO RECT:
SCHOLÆ BERNEBURGENSIS.

LIGEA. PHYLLIDOCE.

Lig. **C**Vr non Phyllidoce, quia liquimus humida
Cyrenes, inter Salæ consedimus vndas (regna
Ambæ? tu versus pleno ore sonare notatos
In folijs: pleetro tentare ego carmina eburno?
Hûc ades, en iterum redijt noua gratia veris,
En florent segetes, en pingit purpureum ver
Flore solum vario, resonantque suæue volucres.
Phyll: Te magis ordiri decet, ô soror alma Ligea,
Sine choros læta lætos Heliconæ per altum
Ducimus, aut vndas accedimus: aspice vt vndas
Pinguia candidulis sparserunt floribus arua:
Lig: Cœtibus in nostris tu sola Heroica mandas
Carmina corticibus, certat tibi nulla sororû. (Christi,
Phyll. Carmina mando equidem, sed non sine numine
Corticibus: CHRISTI qui numine carmina pangit,
Hic maturè alios poterit superare canendo.
Lig: Incipe Phyllidoce, si quas aut Æsone nati,
Aut Pelidis habes laudes, aut furta Lacenæ.
Phyll: Immò ego, quæ nuper iussit Tymbræus Apollo,
Carmina, decantare, canam: diuinus APOLLO

B ij Quæ

Quæ iubet, effecisse decet: nam carminis autor
Ipse boni bonus est, sacer ipse Poëseos autor.
Lig. Muscosis quantū præstat sacra Phocidos vnda
Fonticulis: auibus quantum Pandione nata,
Iudicio nostro tantum felicia Veris
Tempora longè alijs excellunt partibus anni.
Ver aptum studijs, ver blandis vtile Musis,
Ver affert cunctis gratissima commoda rebus.
Phyll: Sed tu plura, soror, cesses, accessimus vndas.
Ergo DVCEM Nymphæ concordi pectore Natum
Dicebant omnes, Salæ spumantis ad vndas:
Vos vndæ testes eritis, vos flumina testes.
Cum mater duri subiit discrimina partus,
Voce vocat CHRISTUM, multis ploratibus instans,
Scilicet apportet quò secum vnguenta repostæ
Pixidis, & solus diuino numine seruet
Seq̃ vteriꝫ sui pondus: mox auspice CHRISTO
Mater Lucinæ est letos experta labores.
Vt tener in cunis DVX vagijt, ecce Luporum
Bellua turba illis pastum venere diebus
Inter oues pavidas ad flumina, pascua & vrsi
Cum vaccis habuere eadem, mox Pardalis hirco
Iuncta graui pariles subito subiere latebras.
Princeps nate, tuum quoq̃ decantasse Camænas
Natalem, Fauniꝫ Dij, Dryadesq̃ loquuntur.
Princeps nate, tui genitoris gaudia mentem

Per.

Pertentant: Princeps, materno inducere cordi
Gaudia cepisti, mutato pectore gaudet.
Amplius haud meminit praeduri leta laboris,
Quem modò passa fuit: peperit, vinculisq; soluta est
Ecce puerperij, mutato pectore gaudet.
Margaris ut gemmis decori est, Berillus ut auro,
Insectis ut apes, aurora ut praevius astris:
Sic decus Ascaniae es, puer Illustrissime gentis,
Sic decus es patriae: postquam te emisit in auras
Mater, Cyrene turba comitata sororum
Glaucarum, versus pangit, nova gaudia pangit.
Casti ubi coniugij sunt mutua pignora, mentis
Laetitia hic dominatur, & infinita voluptas.
Aest ubi spes prolis nulla est, ubi pignora nulla,
Pro molli affectu, pro leticia constanti
Maeor, & assiduus consumit pectora luctus.
Spargite humum violis, undas cumulate hyacinthis
Cretides, hoc princeps fieri sibi paruulus optat,
Oscula ferte Duci, stantes longo ordine nato,
Nam decet: HEROI tale omnes fundite carmen.
Sis Puer ASCANIAE DVX: sis spes altera regni,
Viuacis populi custos, viuacior ipse.
Lig. Carmine nil isto nostrae iucundius auri,
Dignum coniugio, nascenti Principe dignum.
Est DEVS, est numen, cui vincula iugalia cura,
A quo coniugibus numerosae copia prolis

Proa

Prouenit, his ornat lecti socialia sacra .
Quale ferax domui vitis, quale arbor odora
Palladis arboribus teneris & mollibus hortis :
Tale etiam soboles thalamo numerosa pudico.
Fortunatus eris, pharetram quicumq; sagittis
Talibus impletam retines, non hostis atrocis
Conatus metues, metues non Dæmonis astus.
Nos tamen hæc etiam fundemus carmina nato
Infanti, sic ferre decet, sic dicere fas est.
Ipsius vnanimis nunc nomen in orbe feremus,
Namq; erit & nostræ spes non postrema cohortis.
Phyll: Nil præstare potes, soror, isto munere maius
Ipse P V E R dignus, cui cymbola stridola voces
Altisonas referant excelsa per atria tecti.
Ipse P A R E N S dignus, cui carmina tibia fundat
Curua sono Phrygio: CHRISTI nam sacra veretur
Dogmata, & Aönias defendit sedulus artes.
Lig: Ascanie domus optata iam prole potitur,
In cunisq; videt dulcissima pignora mater.
Ergo Christiades, & cætera numina Vatum,
Conuenere, sacris iussæ succedere tectis.
Mirantur partum, mirantur cœlica dona
Heroa infantem, placido quod lumine Patrem
Exprimit, & rosei quod fulget in ore decoris
Gratia: templa patent, operosa reuisere templa
Omnibus est animus: subito infinita voluptas

Limi-

Liminaque, proceresque tenet, reliquosque ministros.
Ernestus Pater ipse animo monumenta reuoluens
Maiorum, thalami quis sit primarius autor
Fœcundi, tales letanti pectore voces
Concipit, Aonij media inter gaudia cœtus:
Alme parens, inquit, triplici qui sidera torques
Numine, laude tuum vera celebramus honorem,
Quòd nostras tandem voces, suspiria nostra
Suscipiens, thalamum tam lato pignore nostrum
Ornasti: maius nihil isto pignore nobis.
Hoc serues, hoc CHRiste bees, huic robora præstes,
In pietate tui vera quò crescat, & olim
Grata tibi faciat, faciat quoque prospera plebi.
Vix fatus, sacro baptisate mergitur infans,
Inseriturque gregi, qui cœlica iussa Tonantis
Semper in hoc mundo deuota mente capeßit.
Mirantur partum, mirantur cœlica dona
Musæ: templa patent, spaciola relinquere templa
Omnibus est animus, subito infinita voluptas
Liminaque, proceresque tenet, reliquosque ministros.
Ipsi leticiæ ciues dant signa: meraco
Ipsi etiam replent salienti pocula, plaudunt
Ipse iam Charites: ipse iam carmina Musæ,
Ipsa sonant iam tecta, nouus, nouus Ascaniæ DVX.
Salue, sis fœlixque tuis, DVX inclyte, salue,
Qui decus Ascaniæ gentis, qui gloria Patris.

C Nomina,

Nomina, parue puer, tua sunt pia nomina, casu
Non tibi contingunt, sed sancto numine CHRISTI.
Illa monent etenim magni te muneris: illa
Ostendunt etiam nobis, humana potestas
Vnde sit, vnde tibi sint suauia pignora: nomen
Est tibi Ioanni: nam te nascente Tonantis
Gratia nos visit, nobis hæc oia fecit
Ipse DEVS, nostri qui ista sub luce misertus,
Post varios tandem gemitus, post mille labores
Ascanie domui voluit concedere prolem,
Quæ foret imperij spes firma: GEORGIVS inde
Diceris, vt titulo monitus, virtutis auitæ
Ardua secteris tandem vestigia: Patrum
Niti etenim virtute decet non sanguine natos.
Sis pius in primis, pietas nam sola columna est
Ferreæ Regnorum: sis propugnator & acer
Iustitiæ, sis defensor, quibus vna voluptas
Sacra DEI vero venerari numina cultu.
Sis quoq; pacis amans, hæc custodire salutem,
Hæc ciues sociare potest: Concordia sola
Cogit in immensum tennes assurgere vires.
Salve iterum, bonus atq; tuis sis, basia blanda
Ecce Parentis habes, habeas quoq; basia matris.
Ecce tibi Angelicus chorus, en tibi numine sancto
Christus adest, somno fruere, expergiscere somno.
Ipse sator rerum blandis te contegit vlnis,
Corporis

Corporis atq; animi donans tibi robora firma.
Et lecti inprimis ardens bona pignora, CHRISTUS
In terris, si uiuus eris, si extinctus, in astris,
Te reget, auertetq; nigri nigra tela Draconis.
Excubias Gabriel tibi aget, reliquiq; ministri
Flammei, ut asuecas blandum videre Parenti,
Utq; Sybillinos uiuas feliciter annos.
Hæ tibi, parue PVER, solennes ordine pompæ
Semper erunt, & cum templis natale redibit
Tale tuis, & cum faciemus sacra Tonanti.
Dum lymphas cucumis, syluas dum ceruus amabit,
Dum Magnes ferro pascetur, apesq; Hyacinthis:
Semper erit sacer ille dies: solennia semper
Munera cœlicolis ista sub luce feremus.
Phyll: Quas rogo, quas summo tali pro munere Regi,
Alma soror, grato soluemus pectore grates.
Nam DVX ille nouus diuino munere nobis
Contigit: huic laudes, huic munia digna canemus
Omnes: huic meritos maectabimus, humida regna
Donec Aristæi stabunt genitricis, honores.
Lig: Hoc tibi nos, Princeps, grato cantauimus ore:
Hos nos, instituit tædæ quis iura iugalis,
Hoc etiam docet, vnde sacri sacra pignora lecti.
Phyll: Ast hoc sume tibi carmen, quod sæpe rogauit
Hæc domus ASCANIÆ, rursus tibi sumito Carmen,
Cantatum hic inter Corylos & flumina Princeps.

C 2 MNH.

MNHMOΣYNON

ΒΕΑΣΤΟΙΧΟΝ

IN NATALEM ILLUSTRIS-
SIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI IOHANNIS GEORGII,
Principis in Anhalt. &c.

CArmina cantarunt alij: tibi Iane Georgi
Dico diem, multos opto tibiq; dies.

Nasceris ad Maij nonum, decimamq; diurnam,
Fluxit vt à coitu sena bis hora nouo.

ANNVS. Scilicet ante annū nos cinxerat **VNDIQVE** LE-
Arserat vt cœli machina vasta prius. (TVM,
Iam sequitur bellis ardens ac æstibus annus, (bet.

ANNVS. **DILVVIVM**, numeros, nomen, & omen ha-
DILVVIVM Regnis tua dextera Christe mina-
Ignis edax steriles siccatur & vrit agros. (tur,
Christe Dei soboles, fluctus compesce: Nepotem
Ascanium foueas, rurāq; sicca riges.

ANNVS.

Flat **VoLVntas** tVa **DoMIne**.

M. Abrahamus.

AD

AD RECENS NATVM
ILLVSTRISS: PRINCIPEM
AC DOMINVM, DOMINVM IO-
HANNEM GEORGIVM PRIN-
cipem in Anhalt &c.



Nomen Aui & Patruī magni qui IANe GEorgi
Baptismi in sacro flumine nactus, habes,
Virtutes studeas imitando vtriusq; referre,
Quas grato celebrat subdita turba sono.
Nomen aui accendat veræ Pietatis amorem,
Rebus & in duris roboret vsq; Fidem,
Placatum vt statuas te in Christo numen habere,
Et quod te saluet Gratia sola DEI.
At patruī nomen moneat commune Georgij,
Vt tibi sit populi maxima cura tui.
Iusticia pacem sanctam tuearis & armis,
Excubiasq; tuo pro grege semper agas.
Grassantes pellas procul à ditione Latrones,
Et Legum iniurias vincula luxuriæ.
In templis populum rectè, sit cura, doceri,
Inq; Scholis pueros artibus institui.
Sic poteris laudes Maiorum æquare tuorum,
Et patriæ dici cultor, amansq; Pater.

IOHAN-
NES.

GEOR-
GIVS.

Paulus Eberus Past.
Eccle. Vuit:





Wh 87

(7.)

ULB Halle

3

001 548 603




TA → OL

IDA







IN NATALEM
ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI IOHANNIS GEORGII
PRINCIPIS IN ANHALT, Co.
*mitis Ascania, Domini Serueſta &
Bernburgi*

CARMINA GRATVLA
TORIA.



VVITEBERGÆ
EXCVSA A IOHANNE
SCHVVERTELIO.
ANNO SALVTIS M. D. LXVII.

A.
d.

